



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

63. Vt Senes Semper Venerentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**

sis prouincijs, tam clientes, quàm armigeros, pro animarum salute, animo feruenti ad terminum cupientes in domo nostra mancipari. vtile est autem, vt fidem eorum accipiat, ne fortè veteranus hostis in Dei seruitio aliquid furtiuè vel indecenter eis intimet, vel à bono proposito repentè exterminet.

**VT PVERI, QVAMDIU SVNT** 62.  
*parui, non accipiantur inter fratres Templi.*

Quamuis Regula sanctorum Patrum pueros in congregatione permittat habere; nos de talibus non conlaudamus vos vnquàm onerare. Qui verò filium suum, vel propinquum, in militari religione perenniter dare voluerit, vsque ad annos, quibus viriliter armata manu possit inimicos Christi de terra sancta delere, eum nutriat: dehinc secundùm Regulam in medio fratrum pater vel parètes eum statuunt, & suam petitionem cunctis patefiant. Melius est enim in pueritia non vouere, quàm posteaquam vir factus fuerit, enormiter retrahere.

**VT SENES SEMPER VENERENTUR.** 63.

Senes autem pia consideratione secundùm virium imbecillitatem supportare ac diligenter honorare oportet: & nullatenus in his quæ corporis sunt necessaria, districtè te-

**E S** nean-

neantur, saluâ tamen autoritate Regulæ.

64. DE FRATRIBVS QVI PER DIVER-  
*fas prouincias proficiscuntur.*

Fratres verò qui per diuersas prouincias di-  
riguntur, Regulam, in quantû vires expetût,  
feruare in cibo & potu & cæteris studeant,  
& irreprehensibiliter viuant, vt ab his, qui  
foris sunt, bonum testimoniû habeant. reli-  
gionis propositum nec verbo nec actu pol-  
luant, sed maximè omnibus, quibus se con-  
iûxerint, sapientiæ & bonorum operum ex-  
emplum & condimentum præbeant. Apud  
quem hospitari decreuerint, fama optima sit  
decoratus, & si fieri potest, domus hospitis  
in illa nocte non careat lumine, ne tenebro-  
sus hostis occisionem, quod absit, inferat. vbi  
autem milites non excommunicatos cõgre-  
gare audierint, illuc pergere, nõ consideran-  
tes tam temporalem vtilitatem quàm æter-  
nam animarum illorum salutem, dicimus.  
Illis autem fratribus in Ultramarinis parti-  
bus spe subuectionis ita directis, hac conuen-  
tione eos qui militari Ordini se iungere per-  
enniter voluerint, recipere collaudamus, vt  
in præsentia Episcopi illius prouinciæ vter-  
que conueniant, & voluntatem petentis  
Præsul audiat: audita itaque petitione, mit-  
tat eum frater ad Magistrum & ad fratres,  
qui sunt in templo, quod est in Ierusalem,  
& si vita eius est honesta, taliq̃ consortio  
digna,